

VI

96

& quarūdā etiā mulierū. Rogo igitē te in maiore modū: ut aut illum codicem ad me mittas: tantisper apud me futurū donec exscribatur: qđ factū iri curabo q̄primū aut istic ipse mihi cures exscribendū. Nam qđ mea causa impenderis: id omnes pecuniarū breui ad te ibit. Medicos uero istos leſtitare uolo: nō ut eorū mihi prāceptis utēdū cupiam: qui sum ut noſti corpe bene composito: & ualitudine prospera: sed doctrinā dūtaxat gratia. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Ianuarias. M. cccc. xxxviiiij.

Franciscus Philelfus Lapo pifa
no lureconsulto salutem.

Qui tibi reddiderit meas litteras: est mihi iam multos annos per familiaris. Cuius fide ac beniuolentia erga me habeo exploratius nihil. Itaq; non sum ueritus huic uni committere ea omnia: quæ abs te curam rem curatum iri. Quæcunq; igitur uerbis meis tibi coram exponet: ea uolo: non secus accipias: q̄ si ex ore præsentis mei emissa audires. Nec enim puto alio te nūc esse animo: q̄ tum eras: cum in arno de lunari meatu atq; natura tā facete cōmentabaris. Nam quanq̄ audio te ad rem nūmariam factū paulo auidiusculum: q̄ soleres: & si profusus fuisti: nunq̄ tamen quia operam a te exigo: non pecuniam: nihil est quod dubitem de tua benignitate: ni forsitan iuris peritorum more: operam quoq; uenalem proponis. Effice quod uolo: ac Vale ex Mediolano idib⁹ Ianuarijs. M. cccc. xxxxiij.

Franciscus Philelfus sal. dicit plu. Petro
Thomasi philosopho ac medico.

Franciscus barbarus uir clarissimus & ut scis: latine atq; græce eruditissimus: habet meos nonnullos græcos codices: quibus non poetæ solum & oratores historiciq; sed philosophi quoq; atq; theologi cōtinētur. Et habet eos quidem ab illo usq; tempore: quo ipse agebam Constantinopoli. Nam cum instituissem breui reuertere Italiam: libros illos ea ratione misi ad uirū amicissimum atq; optimū: quo mihi ad reditū salui forent. Quid sit in causa: non intelligo. No modo repetenti mihi libros